

inter languentium anxietates et gemitus, clamores, fletum ^(a) et suspiria? quid loquar de numero morientium, quem qui presens oculis intuetur aut percipit auditu, quonam modo ^(b) secum consistat non intelligo, nisi non iam homo sed lapis mortem non horreat. quam tamen exhorruit Legifer ^(c) et Redemptor noster, ut cum ex multis tum ex illo precipue colligimus quod legitur, instante passione, guttas sanguinis eum sudasse ⁽¹⁾. vel fac rigidum, constantem, intrepidum, ut mori non titubet, an et inhumanum vis esse, ut amicorum doloribus non commoveatur? nonne censes id esse dignum sapiente quod est apud Terentium:

Homo sum. humani nichil a me alienum puto? ⁽²⁾

quid quod hoc ipso tempore videntur omnia mutasse faciem? silentium in foro, raritas in plateis, in vicis solitudo, conclusa in domibus et obserata forinsecus hostia; in templis funerum et seculorum odor teterimus, qui et latius manat ipsamque urbem pervagatur. tum aer impurus, putres aque, clausum celum, fruges corrupte. quid te per singula moror? infecta omnia. ac, ut omittam inanimata, utque eciam animata ratione carentia transeamus, qualis ibi hominum conversatio? quos partim occupat dolor, partim trepidatio, cuntas moror et tristitia. nulli ibi cetus leti, nulli dies festi, nulli celebres ludi insunt. nemo ibi procedit aperto vultu vel erecta fronte et pre se ferente hylaritatem, sed incurvi omnes, ore fusco, obducta facie, taciti, dubitantes, quales videmus conduci reos ad supplicium. quis ille tam claro et tam profundo ingenio, tam potenti et tam ampla facundia, qui verbis consequi possit eorum innumerabiles dolores ac miserias pene infinitas, quibus ibi nonnunquam adducuntur ad crimina? nam de amictu sordidato, de neglecto cultu, quid attinet dicere? sunt hec quidem communia, nec semper obvia virtuti. bonorum autem suorum incuriam, profusiones opum, artium et studiorum intermissionem, hec, que eciam ibi perspicimus, non tam annumeranda infelicitati quam reatui. sed illud multo periculosius: fiunt enim ibi homines tanquam stulti et

fatto, in mezzo a grida e pianti, e con attorno il numero spaventevole de' morti?

Tremava il Redentore dinanzi alla morte, e nell'agonia sudò gocce di sangue;

ma, oltre ad esser impavidio, vuole Antonio che il salvio sia anche innamorato, si da non commuoverai per i dolori altri?

Deserte le piazze pubbliche, serrate le case; ovunque fetore;

Paria e l'acqua appesantite; chiuso il cielo; le raccolte infette.

Gli uomini per dolore o per paura tristi e mestii; nulla festa, nium lieto convegno; tutti taciti, curvi, sbigottiti, come vanno i condannati.

E quel oratore mai potrebbe narrare le pene infinite, onde talvolta nascono de' delitti?

Lascerà da parte lo squallore esterno, ma l'incuria de' beni, lo sperpero, gli studi abbandonati, questi son più reati che sventure.

Eppoi, o pericolo atroce! Si può sopravvivere al morbo, ma divenirne pazzi.

(a) *M* fletum (b) *M* om. modo (c) *M* letifer

(1) S. Luc. XXII, 44.

(2) TER. *Adelph.* V, viii, 21.